

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Buda vrbs hungarie clarissima regum sedes: in litore danubij sita: hungaria enim vltra ⁊ citra danubiu latissimas terras occupat: quod citra danubiū est: olim pannonia fuit. que ab oriente mesiam ab occidente noricum habuit. septentrione ei danubius. austrum illirici montes excepere: que transdanubiū hungaria iacet: pars scythie prius erat: duasq; gentes habuit gepidas qui contermini germanis fuerunt ⁊ dacos. nō qui nunc daci vocant: quoz rex ad oceanū germanicū: inter suctiam ⁊ saxoniam latissimō regno: sed palustri potif. nam hij dani melius appellant: sed qui ea loca tenuerunt: que nunc transsiluaniam occupant vicina walachis in corone speciē montibus cincta. In hac parte yngarie que gepidarū fuit adhuc territoriu est quod sepuliu appellat: pro gepudio. Hungaria aut terra ferax: vbi aque riuus habet in quo mersa ferri materia: in cupru vertit. gleba illic frumenti fructifera. auri ⁊ argenti diuites venet: aer salubris: terra opimis coparanda. nisi sua se vbertate corumperet. Cum vero hui in scythia multiplicati essent: in vnu congregati: constituentes capitaneos: occidentales regiones ingressi: bessos ⁊ cumanos albos: inde ruthenos: terrāq; nigroz cumanoz. ⁊ vsq; ad tiscia flumen teysch puenere. Adatrin<sup>o</sup> longobardus qui pannoniā gubernabat: primo eos repulit. Tandē pacifica possessione pannonice regionis potiti sunt. Anno dñi quadringentesimo primo Athila qui hungarico ideomate ethele dictus est. ⁊ buda fratre eius supiuentib<sup>o</sup>. Athilā in regia dignitate extulerunt. Is in ciuitate sycambria sedem elegit. Et ex inuata ambitione ceteras regiones molestare institues bledā fratrem suum regiminis participem fecit. Et in subiectas nationes principē cōstituit. Interea rex hunoz dum regnū intra pannonias cū fratre bleda vel bu

da gereret. macedoniā misia ⁊ achaiā vtraq; tractas: immanissima rabie deuastaret. Inde cū sycambrie ⁊ mozarē. buda frater ei<sup>o</sup> terminos sui regiminis trāsegisse ac regnū in eius absentia optasse accusat<sup>o</sup> est. Cūq; sycambriā in recessu suo vrbem athile vocari pcepit. Buda vō illā a suo noie budawara appellauit. Quāobrem bledā germanū suū regniq; consortē prijs manibus pemit. Ac in danubiū precipitari fecit. Inde nouo edicto vrbem athile vocari iussit. Hui id nō obseruātes illā budawara vocauerūt. Hungari q; vsq; in hūc diem obuda vocant. Theutoni edictū regis magis formidātes: ciuitatē ob metū etzelpurg id est vrbem athile vocauerunt. In sycambria deinde athila quinq; annis quieuit. Speculatores ad varias regiones ordinās. Post prospera deinde tpa buda primaria hungarie condita: que ex parte montuosa est: si vrbis sitū inspicias. Eius loci cōditio ea est: vt nec quicq; munitius: nec certe amenius in tota ferme hungaria inueniri possit. In ea nōnulla extant religiosoz monasteria celeberrima. alijsq; publicis priuatisq; edificijs ornatissimis p ceteris in ea regione vrbib<sup>o</sup> euasit clarissima. Ideo regia dignitate insignita. ⁊ basilicis memb<sup>o</sup> ⁊ arce pulcherri ma: quā arcem preclarā (sicuti ⁊ alias arces in tota hungaria: p cipue miscegradū castrū nobile vbi corona regia obseruat exornauit) ita Adathias de coruinis rex hūgarie muro decore ornauit. Luctis nūc antiqs monumētis pferendū in qua muri crassissimi: ⁊ aule celeberrime esse referunt. hanc pterfluit hister germanicus fluius: qui deinde septē hostijs pontum influit. Septimū tñ pigrū ad palustri speciē nō habet: qd amni cōparet. Priora quatuor ita magna sunt: vt p lōgitudinem. ⁊. miliū passū nō misceant equoz: dulcēq; haustū incorrupto detineant sapore.

